



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XXV. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

B. Henricus Suso in gallicinio Deiparæ latrunculus concinebat, cui Angeli frequenter confortabant. Fame, vigiliis ita corpus maceravit, ut cibi potusque capiendi impar allato à Maria cœlesti liquore recreari debuerit. Dæmonem sagittâ mortem intentantem solo Dominæ suæ, Dei Matris, nomine fugavit. *Ann. Ord. Præd.* Nulla contra dæmonem tutiora sunt arma Marianis.

OB. Henrice, qui æterna jam inter gaudia pace frueris, vides, quot quantique animæ meæ hostes eam perditum eant, tu mihi robur à Maria impetra, ut ejus protectione contra visibiles & invisibiles hostes protectus, victor cœleste capitolum subire promerear. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego **N.** indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies, millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. *f. 2.*

Ad quod impetrandum: Tot hodie terræ oscula figam, quot nomē Mariæ literas numerat.

Nulli dubium, quin totum ad gloriam laudis Christi pertineat, quidquid Genitrici suæ impensum fuerit, ac solenniter attributum. *S. Hier. ser. de Ass. B. V.*

Quæstio: Cur Deipara Virgo disponata sit viro? *v. Barr. to. 1. in Evang. c. 7.*